

Paul. V. Lezana.

licentia, seu consensu suorum superiorum. Ut constat Constitut. Pauli V. que incipit: Romanus Pontifex: quam refert Lezana verb. Accusare num. 7. & idem habetur ex quodam Decreto Dominorum Cardinalium universa- lis inquisitionis, quod incipit: universis, & singulis: quod refert Peirinus tom. 2. Privileg. Minor. in Constitut. 9. Pauli V. n. 25.

Peirin.

36.

Greg. XV.

Quinto. Personæ sollicitæ à confessoribus tenentur eos denunciare sancto officio inquisitionis, vel locorum Ordinariis juxta Constitut. Gregorii XV. & ad hoc non tenentur tales personæ religiose sollicitæ postulare licentiam à Prælati, cum enim de hoc extet mandatum, nihil aliud est necessarium.

37.

Fr. Ant. à Spiritu S.

Sexto. Idem dicendum tenet M. Fr. Anton. ab Spiritu sancto tom. 3. tract. 4. disp. 3. sect. 7. Quando crimen est læsæ majestatis, conspirationis in principem, rebellionis, falsificationis monete, subornationis suffragiorum in electionibus, & his similia, à jure naturali quisquis tenetur hæc denunciare, inde videtur ab eo habere licentiam, & ratio est, quia unusquisque tenetur meliori modo, quo possit subvenire bono communi, sed si alio modo non potest, nisi accusando, ad hoc tenetur sub mortali, quod verum est etiam si delictum habeatur sub secreto naturali, & juramento, modo secretum non sit confessionis.

QUESTIO IX.

Qualiter, & quomodo Religiosus possit eligere procuratorem.

SUMMARIUM.

- 38 Monachus non potest constituere procuratorem sine licentia Prælati.
39 Quando Religiosus potest stare in judicio sine licentia Prælati, potest, sine illa facere procuratorem.

38.

Clem. Religiosus.

EX dictis quæst. 7. bene sequitur, quod Religiosus non possit licite, & valide absque superioris licentia constituere procuratorem, qui ejus nomine rem agat in judicio, nam sicut ipse per se non potest agere, ita nec per alium potest. Nam in Clement. Religiosus de Procuratore, talis procuratoris constitutio prohibetur. Ponitur enim ibi clausula: non potest: quæ actum reddit nullum, & invalidum, saltem quando res non interdicitur ob solam personæ honestatem, sed ob ipsius vitium, ut in præsentis casu, in quo propter incapacitatem monachi ad standum in judicio sine superioris licentia, id interdicitur. Ut ex Sicca observat Sanchez lib. 6. in Decalog. c. 12. num. 10. Lezana verb. Accusare n. 6.

Sicca. Sanchez. Lezana.

39.

Palas. Glossa. Navar. Sanch.

Tamen quotiescumque Religiosus potest stare in judicio absque licentia Prælati, ut dixi quæst. sup. potest etiam sine licentia Prælati eligere procuratorem, qui pro eo compareat in judicio, vel agendo, vel se defendendo, quæ enim potest per se ipsum præstare, potest à fortiori per alium. Ita Castr. Palas tract. 16. disp. 4. part. 12. §. 2. num. 5. Ex Glossa, Navar. Sanch. & aliis, Menens in hoc casu forman-

dum esse libellum nomine Religiosi, & in ejus personam publicari debere sententiam condemnatoriam, si Religiosus debet condemnari.

QUESTIO X.

Qualiter, & quomodo accusatio apud judices seculares in causa criminali sit prohibita monachis.

SUMMARIUM.

- 40 Monachi absque irregularitate, possunt accusare in judicio facta protestatione.
41 Hæc protestatio, quamvis fiat ficto animo, sufficit.
42 Qui accusat petendo vindictam, etiam cum protestatione, sit irregularis.
43 Si accusatio sit coram judice Ecclesiastico, non est necessaria protestatio.
44 Talis protestatio necessaria est laicis ad evitandam irregularitatem.
45 Forma, qua faciendâ sit protestatio.

ERTUM est, apud omnes, quod omnes Ecclesiastici prohibentur accusare aliquem apud judices seculares in causa sanguinis, patet ex Cap. sententiam sanguinis, tit. de Clerici, vel Monachi. Et tamen ne pravis hominibus larga esset facultas inferendi injuriam Ecclesiasticis ob periculum irregularitatis, statutum est, cap. postulasti de hominibus, & cap. Prælati etiam de homicidio in 6. Quod permittitur sit Clericis, & consequenter Religiosis, non solum sine peccato, sed etiam sine aliqua irregularitate accusare apud judices seculares suos malefactores in defensionem sui, suorumque rerum, etiam super criminalibus, quibus poena sanguinis debetur, dummodo protestentur se non intendere dictam poenam sanguinis, et sic postea imposita sit à judice. Ita M. Cornejo tract. 5. de irregular. disp. 11. dub. 1. Coninch. disp. 13. num. 92. Bonac. disp. 7. de irregul. quæst. 3. punct. 2. num. 3. Naldus verb. Irregularitas, num. 11.

40. C. Sententi.

C. Postulasti. C. Prælati.

Cornejo. Coninch. Bonac. Naldus.

41.

C. Prælati.

Cornejo. Suar. Filiucius. Turrianus. Hurtad. Præposit. Henric. Coninch. Avila. Diana.

42.

An verò hæc protestatio debeat fieri ex animo vero, & sincero an sufficiat animo ficto, & apparenti; dubitant Auctores, Multi affirmant requiri animum verum; sed contraria sententia simpliciter est tenenda, quod sufficiat animus fictus exterius apparens ad evitandam irregularitatem, nam in cap. Prælati allegato solum requiritur protestatio externa, & desiderium illud internum quantum exterius non ostenditur, impertinens est ad contrahendam irregularitatem, nulla enim ratione influit in mortem Rei. Ita citatus M. Cornejo dub. 1. quæst. 6. Suar. de censur. disp. 47. sect. 2. num. 3. Filiucius tract. 19. cap. 9. quæst. 9. num. 248. Turrian. Hurtadus, Præpositus, Henriquez, Coninchus, Avila; quos citat, ac sequitur Diana part. 4. tract. 2. Resolut. 75. §. Sed fallitur.

Unde sequitur, quod ille, qui accusat alium in causa criminali petendo externis verbis vindictam, fieri irregularem, secuta mutilatione, vel morte, etiam si protestetur se non inten-

Henric. Molina. Avila. Suar. Filiucius. Reginald. Bonacina.

intendere poenam mortis, vel sanguinis. Ita Henriquez cap. 10. num. 4. Molin. tom. 1. tract. 4. disp. 8. num. 3. & tom. 4. tract. 3. disp. 74. Avila, Suarez, Filiucius, Reginaldus; quos citat, ac sequitur Bonacina disput. 7. de irregul. quæst. 3. punct. 2. num. 2. Et ratio est, quia eo ipso, quod in causa criminali petit vindictam, vult Reum puniri poena sanguinis, quæ propter illius delictum à lege imponitur, & consequenter censetur petere poenam sanguinis.

43.

C. Prælati.

Molina. Sayrus. Bonacina.

44.

Filiucius. Lezana. Pellizar.

54.

Bonacina.

Hæc autem protestatio non est necessaria, quando accusatio fit coram judice Ecclesiastico; ut si Religiosus accuset aliquem apud suum Prælatum, vel apud alium judicem Ecclesiasticum de crimine mortis poena digno; & ratio est, quia textus dicti cap. Prælati id exprimit dum dicit: Penes seculares judicem: Tum quia judex Ecclesiasticus, non potest inferre poenam sanguinis, & quamvis eum tradat brachio seculari, non tenetur concurrere ad mortem, nec etiam accusator apud eos. Ita Molina tract. 5. disp. 8. num. 7. Sayrus lib. 8. de censur. cap. 18. num. 14. & alii communiter apud Bonacina de censur. disp. 7. quæst. 4. punct. 1. num. 74.

Advertunt tamen Filiucius citatus, Lezana verb. Accusare num. 19. Pellizar. tom. 2. tract. 7. cap. 5. sect. 4. n. 18. Quod talis protestatio non solum est utilis, sed etiam laicis necessaria, si velint vitare irregularitatem incurrandam ex accusatione facta in causa sanguinis.

Si verò quæras: Quomodo faciendâ sit talis protestatio ad evitandam irregularitatem; Dico quod coram judice seculari ita faciendâ: Domine, peto tibi satisfactionem, aut restitutionem exhiberi à Titio, qui mihi damnum intulit: proestor tamen, me nulla ratione intendere poenam sanguinis, aut mutilationem, aut mortem. Ita Bonacina citatus num. 9. Qui etiam addit; quod quamvis, non sit necesse, ut talis protestatio fiat scriptis, cum id nullo jure ostendatur, ea tamen debet esse expressa, ut colligitur ex citato cap. 2. de homicidio, numero 6.

QUESTIO XI.

An Regularis sit immunis ab irregularitate accusans coram seculari, cum protestatione ob suam, suorumque causam, etiam comprehenso latrone?

SUMMARIUM.

- 46 Non sit irregularis accusans in causa criminali ob injuriam illatam suis consanguineis subditis, & num. 47.
48 Ecclesiasticus potest capere latronem, & cum protestatione tradere judici seculari.
49 Theologus in periculo vite potest dare consilium ad accusandum.

46.

QUANquam graves Theologi teneant, quod non evitatur irregularitas quando quis accusat in causa criminali coram judice seculari ob injuriam suis illatam, tamen contraria sententia est verior, & communior, fa-

cta protestatione, ante accusationem. Ita Avila, Hurtadus, Coninchus, Villalobos, Præpositus & alii, quos citant, ac sequuntur Diana 4. part. tract. 2. Resol. 33. Layman lib. 31. de Just. tract. 3. part. 3. cap. 7. Assert. 5. num. 6. Castr. Palas de Censur. part. 14. §. 2. num. 6. Bonacina citatus punct. 2. n. 4.

Avila. Hurtad. Coninch. Villalob. Præposit. Diana. Castr. Pal. Bonacina.

Dico ergo, quod accusator excusatur ab irregularitate, quando protestatione facta ob læsionem iustitiam in propria persona, aut propriis bonis, aut ob læsionem propriis personis, quæ ad ipsum attinent, ut sunt ejus propinqui, ut v.g. parentes, filii, fratres, ac consanguinei, ac etiam ob læsionem factam, eis, qui sunt ejus curæ commissi, ut sunt ejus subditi, aut conventus, si illius est Prælati; & probatur hæc resolutio ex multis decisionibus, quas adducit Riccius collect. 618. part. 3. Quæ in hoc casu militant, teste Naldo verb. irregularitas num. 11. & Probatur, quia cap. Prælati de homicidio, in 6. conceditur ut quis conqueratur de suis malefactoribus; tum autem malefactores sunt omnes isti, qui tuis adversantur: nam malum nostrorum propinquoium, ac subditorum, moraliter nostrum malum censetur, qui enim agit causam suorum propinquoium, agit causam sui sanguinis. nempe cognatorum intra quartum gradum exprimit Castr. Palas, & qui agit causam subditorum, agit ea, quæ sunt sua, ratione officii, & maxime quia bona Ecclesiæ pro suis ab Ecclesiasticis reputantur ut ait Bonacina citatus n. 5. post alios.

47. Riccius. Naldus. C. Prælati.

Juxta hanc doctrinam sequitur, quod regularis, sive Ecclesiasticus, possit capere, detinere, & tradere judici seculari talem malefactorem, protestatione tamen præmissa; cui enim finis est permissus, etiam media necessaria permissa censetur; cum ergo illi permittitur accusatio, etiam hæc, quæ ad ordinariam accusationem ordinantur. Et confirmatur; nam cap. Prælati, de homicidio, in 6. videtur concedere omnes actiones, quæ per se conjunctæ sunt cum ipsa accusatione, ne Ecclesiasticus suam rem deperdat, Suar. tom. 5. ad 5. disp. 47. sect. 2. nu. 19. & 20. cum Covarruvias, Tabiena, Franco, & aliis, & Lezana verb. Accusare, num. 19. ad medium, cum aliis.

48. C. Prælati.

Item etiam, potest Theologus sacerdos dare consilium alteri constituto in periculo vite, aut amissionis bonorum suorum, ut accuset, ac denunciet judici laico personas sibi insidiantes, ac spoliantes, præmittendo tamen protestationem. Ita Pellizar. tom. 2. tract. 7. cap. 5. sect. 4. num. 180.

Suar. Covar. Tabiena. Francus. Lezana. 49.

Pellizar.

QUESTIO XII.

An dentur aliqui casus, in quibus Religiosi absque protestatione & irregularitate accusent coram judice seculari, licet ipse damnet ad mortem?

SUMMARIUM.

- 50 Non sit irregularis, qui accusat de levi, licet judex condemnet ad mortem.

- 51 Non est irregularis, qui accusavit de levi, licet postea fuerim testes ad mortem.
- 52 Qui accusat propter obligationem, ex precepto naturali, etiam sine protestatione, non fit irregularis, & n. 53.
- 54 Non est irregularis, qui accusat de damno inferendo.

50. **P**rimus est, quando crimen adeo est leve, ut non videatur dignum morte, aut mutilatione, & tamen iudex pro sua malitia, aut ignorantia Reum condemnat ad mortem, tunc non accusator, sed iudex censetur causa efficaci mortis, & inde accusator licet omiserit protestationem non fit irregularis. M. Cornejo. *tract. de irregular. disp. 11. dub. 11. Lezana verb. Accusare, num. 29.*

Cornejo. Lezana.

51. Secundus casus est, quando qui accusavit reum de levi crimine, tamen postquam reus detentus est in carcere, accesserunt accusatores aliorum criminum propter quos reus ad mortem damnatus est, & ratio est, quia mors non videtur imputanda propter ipsi accusatori, etiam si protestationem omiserit. Ita Sayrus *lib. 6. cap. 18. num. 6.* Ugolin. *cap. 6. §. 4.* M. Cornejo *proxime citatus*, Covarr. Henriquez, Avila, quos citat, ac sequitur Bonacina *disp. 7. de irregularitate, quest. 3. punct. 2. num. 7. §. Secundus.* Quod maxime procedit quando non praevidetur illud periculum; at verò si praevisum fuerit protestatio facienda est.

Sayrus. Ugolin. Covarr. Henriq. Avila. Bonacina.

52. Tertius casus est, quod eximitur ab irregularitate Ecclesiasticus, seu Religiosus, quando accusat apud iudicem quemcumque propter obligationem, quam habet ex charitate vel iustitia, verbi gratia, si accusat volentem prodere Rempublicam, aut occidere innocentem; Canones enim non supponunt irregularitatem ob obligationem debitam ex precepto naturali, vel divino charitatis, iustitiae, vel alterius virtutis, quod maxime est verum, quando damnum imminens alio modo non potest impediri, ac proinde hic casus non videtur comprehensus, *cap. Prælati, de homicidio, in 6. Suarez disp. 47. sect. 2. n. 15.*

C. Prælati. Suar.

53. An verò adhuc in hoc casu facienda sit protestatio? Affirmat Sanchez *tom. 2. consil. lib. 6. cap. 2. dub. 10.* Dispositio juris ad hos casus se extendit, sed quod talis protestatio in hoc casu non sit necessaria, mihi videtur verius, quia nulla potest esse irregularitas in his adimplendis ad quos tenetur homo ex precepto divino, & naturali. Ita M. Cornejo *de irregularitate disp. 11. dub. 1.* Layman, *lib. 3. de iust. tract. 3. part. 3. cap. 7. assert. 5. num. 6.* M. Lezana *verb. Accusare num. 21.* cum Molina, Avila, & aliis.

Cornejo. Layman. Molina. Avila.

54. Quartus casus est, quando quis accusat non de injuria illata extraneis, sed inferenda, & praevidenda, quae aliter caveri non potest nisi accusando, ac denunciando, si quidem non est æquum, ut persona Ecclesiastica damnum patiatur, eo quod præstat quod ad id tenetur ex iure naturæ, quod sine dubio est magnum inconveniens ad quod evitandum, dicendum est istum casum non comprehendi, *cap. 2. de homicidio, in 6. ita Bonacina citatus, num. 7.* Pellizar, *tract. 7. cap. 5. sect. 4. num. 184.*

C. 2. de homicidio. Bonacina. Pellizar.

QUESTIO XIII.

Utrum Religiosus omittens protestationem ex oblivione in causa criminis incurrat irregularitatem?

SUMMARIUM.

55 Communis sententia affirmativa.

Respondetur incurrere irregularitatem; ita Sayrus *6. cap. 19. num. 5.* Bonac. *num. 8.* nam quamvis in eo casu ista irregularitas non sit ex delicto, quæ necessarid supponere debet peccatum; est tamen ex defectu lenitatis, quæ contrahitur etiam sine culpa contrahentis: Ut verbi gratia, iudex sæcularis condemnans ad mortem.

55. Sayrus. Bonacina.

QUESTIO XIV.

An regulares incurrant irregularitatem accusando in causa criminis coram iudice sæculari, cum aliud detur medium ad evitandum damnum.

SUMMARIUM.

56 In causa propria liberè possunt accusare, non autem in aliena causa, & n. 57.

Communis est responsio cum distinctione; vel Regularis accusat in causa propria, & sic, facta protestatione, potest liberè accusare, sive alia via possit res suas recuperare, aut suum damnum impedire, sive non; in tali enim sua causa, id non solum licet iure naturali defensionis, sed etiam speciali iure positivo, *cap. 2. de homicidio, in 6.* Ubi Ecclesiasticis datur facultas conquerendi de suis malefactoribus coram iudice sæculari, & talis facultas est libera, & non restricta, verbi gratia: dummodo aliud non detur medium, quod nullo modo dicitur; & ideo tali via potest Ecclesiasticus licitè uti.

56.

C. 2. de homicidio.

At verò si Regularis accusat in causa aliena, & in ordine ad effugiendam irregularitatem, id non possunt facere, nisi quando aliter præveniri, ac præcaveri non potest damnum, aut periculum imminens, cum in tali casu accusatio solum concedatur iure naturali defensionis innocentis, quæ tamen non habet locum, ubi alia via averti potest malum imminens, Suarez *tom. 5. ad 3. part. disput. 47. sectione 2. num. 16.* Filliucius *tom. 1. tract. 19. num. 149.*

57.

Suarez. Filliucius.

QUESTIO XV.

An si totus conventus constituat procuratorem ad accusandum, secuta morte, sint omnes irregulares?

SUMMARIUM.

58 Qui fecerunt accusationem sine protestatione sunt irregulares, non verò alii.

58.

Panorm. C. Dilectus. Ugolin. Bonacina.

Cum distinctione respondendum est in hac re. Si accusatio facta sit absque debita protestatione, & singuli Religiosi talis monasterii consensum præbuerunt in constituendo tali procuratore, seu syndico ad accusandum coram iudice sæculari, & mors, seu mutilatio inde sequatur accusato, & omnes manent irregulares; At verò si omnes non consenserunt, tunc quippe irregulares sunt tantum, qui supradicto modo assensum præbuerunt, si quidem monasterium, ut tale, cum non sit persona realis, sed ficta, non est capax ordinis & consequenter neque irregularitatis nisi in suis membris. Ita cum Panorm. *cap. Dilectus, 1. n. 11.* Ugolino *de irregularitate, cap. 10. Bonacio. disp. 7. punct. 2. num. 13.*

QUESTIO XVI.

An totus conventus possit accusari, ac criminaliter puniri?

SUMMARIUM.

59 Si universitas collegii delinquit, castiganda. 60 Quomodo totum collegium castigandum.

59.

Abbas.

Clarus.

60.

Pellizar.

Si omnes delinquant, qui sunt in conventu, præmissa publici consilii convocatione ac deliberatione, tunc totus conventus secundum omnes suos Religiosos potest accusari, ac puniri. Ita Abbas *cap. dilectus, & 2. num. 13.* de Simon. ex communi sententia & alii quos citat, ac sequitur Clarus *lib. 5. §. sin. pract. quest. 16.* Monens, quod si omnes de collegio non sunt delinquentes, matura deliberatione, tunc non punietur totum collegium; sed tantum illi qui criminose deliquerunt tanquam singuli, & particulares.

Quomodo autem universitas, quæ delinquit, puniri possit; explicat ipse Clarus, modo adimendo abrogando ejus privilegia, juraque illius impediendo quoad solutionem, modo ejus bona publicando, modo etiam imponendo multam pecuniariam. Ita etiam Pellizarus *tract. 9. cap. 4. sectione 2. numer. 83. §. Nota tamen.*

QUESTIO XVII.

Religiosi non possunt accusari à laicis, vel à Religiosis alterius Ordinis.

SUMMARIUM.

61 Non possunt conveniri nisi dum suam injuriam tueantur. 62 Iudex & accusantes excommunicantur à Leone X.

61.

C. De ceter. Emman. Rodrig. Alderete. M. Lezana. Hier. Rodrig. Soto.

62.

Leo X.

Confetr.

Conclusio est communis, & vera, quod non possunt acculari nisi in casu, quod suam, vel suorum injuriam prosequantur, *cap. De cetero, de testibus*; Ita Emmanuel Rodrig. *tom. 2. quest. 7. art. 7.* Alderete *lib. 1. de Religiosa disciplin. cap. 4. numer. 7.* M. Lezana *tom. 1. cap. 27. num. 25.* Hieron. Rodrig. *Resol. 41. n. 7.* Soto *de secreto, membr. 2. quest. 5. concl. 3.*

Imò tam accusantes, quam iudices talem accusationem recipientes incurrunt excommunicationem latam à Leone X. in favorem Prædicatorum, contra omnes qui Religiosos ejusdem ordinis adducunt coram iudice extraneo; ipso etiam iudice talia admittente comprehenso; vide Confetrarium *in compendio Bullarum Leon. X. tit. 6. cap. 1.*

Et ratio est; quia accusator, & accusans debent esse ejusdem fori, ad hoc, ut si accusator deficiens non probet delictum ab eodem iudice puniantur, quod minime fieri potest, si accusator non est subiectus iudici, coram quo facta est accusatio.

QUESTIO XVIII.

An Prælati teneantur aliquando non acceptare accusationem, & acceptam absolvere ac impedire accusatorem, ne prosequatur?

SUMMARIUM.

63 Prælati aliquando potest imò & tenentur impedire accusationes pro bono pacis. 64 Prælati aliquando potest impedire accusationes contra aliquem Religiosum.

63.

Prælati regulares, ut sunt Generales, & Provinciales in sua Provincia possunt, imò & sæpè tenentur non acceptare accusationem contra aliquos Religiosos, sed alia via debent procedere ad remedium, si credant, quod ex tali accusatione nascitura essent mala bono communi ordinis adversantia, ut potè seditiones, perturbationes inter Religiosos, eorumque etiam mala fama; nam bonum commune præferendum est bono particulari; Deinde si lex obligat ad acceptam accusationem per episcopiam, in his casibus videtur non obligare; quia pax ut commune bonum maxime intenditur ab omni Prælate. Ita ex Aragonio, Clavi Regia, Fagundes Card. Lugo *in iustitia, disput. 37. num. 74.* Unde referunt citati Lugo.

Aragoni. Clavi Reg. Fagundes. citati Lugo.